

« Quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudine non extollens, in accipiendo ipsum stolam glorie, et vestiri eum in consummationem virtutis ».

« In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctiatis amictum ».

« In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, et ipse stans iuxta aram. Et circa illum corona fratrum, quasi plantatio cedri in monte Libano ».

« Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, et omnes filii Aaron in gloria sua ».

« Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel: et consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis ».

« Porrexit manum suam in libatione, et libavit de sanguine uvæ ».

« Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelsi principii ».

« Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tabis productilibus sonuerunt, et auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo ».

« Tunc omnis populus simul properaverunt, et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, et dare proces omnipotenti Deo excelsi ».

« Et amplificaverunt psallentes in vocibus suis, et in magna domo auctus est sonus suavitate plenus ».

« Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus est honor Domini, et manus suam perfecerunt ».

« Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriarum ».

« Et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei ».

« Et nunc orate Deum omnium, qui magna facit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostræ, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam »:

« Det nobis jucunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies septimatos ».

« Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis ».

» Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim ».

« Qui sedent in monte Seir, et Philisthim, et stultus populus, qui habitat in Sichimis ».

« Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in

codice isto Jesu filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo ».

« Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper ».

« Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux Dei, vestigium ejus est ».

## CAPUT LI.

« Oratio Jesu filii Sirach: Confitebor tibi, Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum ».

« Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi ».

« Et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo lingue iniquæ, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu adstantium factus es mihi adjutor ».

« Et liberasti me secundum multitudinem misericordiarum nominis tui a regentibus, præparatis ad escam ».

« De manibus querentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me »:

« A pressura flammæ, que circumdedit me, et in medio ignis non sum astuatus »:

« De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua injusta ».

« Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum ».

« Et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum ».

« Circumdederunt me undique, et non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, et non erat ».

« Memoratus sum misericordiarum tuarum, Domine, et operationis tue, quæ a seculo sunt ».

« Quoniam eruis sustinentes te, Domine, et liberas eos de manibus gentium ».

« Exultasti super terram habitationem meam, et pro morte defluente deprecatus sum ».

« Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superborum sine adjutorio ».

« Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea ».

« Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo ».

« Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini ».

« Cum adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quesivi sapientiam palam in oratione mea ».

« Ante templum postulabam pro illa, et usque in novissimis inquiram eam. Et effloruit tanquam præcox uva ».

« Lætatum est cor meum in eo. Ambulavit pes meus iter rectum, a juventute mea investigabam eam ».

« Inclinaui modice aurem meam, et excepi illam ».

« Multam inveni in me ipso sapientiam, et multum profeci in ea ».

« Danti mihi sapientiam, dabo gloriam ».

« Consiliatus sum enim, ut facerem illam: zelatus sum bonum, et non confundar ».

« Collectata est anima mea in illa, in faciendo eam confirmatus sum ».

« Manus meas extendi in alium, et insipientiam ejus luxi ».

« Animam meam direxi ad illam, et in agitione inveni eam ».

« Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar ».

« Venter meus conturbatus est querendo illam: propterea bonam possidebo possessionem ».

« Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: et in ipsa laudabo eum ».

« Appropriate ad me, indocti, et congregate vos in dominum disciplinæ ».

« Quid adhuc retardatis? Et quid dicitis in his? Animæ vestræ sicut vehementer ».

« Aperui os meum, et locutus sum: Comparate vobis sine argento ».

« Et collum vestrum subjicite jugo, et suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim invenire eam ».

« Videte oculis vestris quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem ».

« Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea ».

« Lætetur anima vestra in misericordia ejus, et non confundemini in laude ipsius ».

« Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo ».

Explicit liber Ecclesiastici.

## INCIPIUNT

## LIBRI DUO MACCHABÆORUM.

## LIBER PRIMUS.

## CAPUT PRIMUM.

« Et factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum, et Medorum »:

« Constituit prælia multa, et obtinuit omnium munitiones, et interfecit reges terræ ».

« Et pertransiit usque ad fines terræ: et accipit spolia multitudinis gentium, et siluit terra in conspectu ejus ».

« Et congregavit virtutem, et exercitum fortem nimis: et exaltatum est, et elevatum cor ejus ».

« Et obtinuit regiones gentium, et tyrannos: et facti sunt illi in tributum ».

« Et post hæc decidit in lectum, et cognovit quia moreretur ».

« Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a juventute: et divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret ».

« Et regnavit Alexander annis duodecim, et mortuus est ».

« Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo »:

« Et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem ejus, et filii eorum post eos annis multis, et multiplicata sunt mala in terra ».

« Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: et regnavit in anno centesimo trigesimo septimo regni Grecorum ».

« In diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui, et suserunt multis, dicentes: Eamus, et disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa

nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inveni-  
erunt nos multa mala ».

« Et bonus visus est sermo in oculis eorum ».  
« Et destinaverunt aliqui de populo, et abie-  
runt ad regem: et dedit illis potestatem, ut face-  
rent iustitiam gentium ».

« Et edificaverunt gymnasium in Jerosolymis  
secundum leges nationum ».

« Et fecerunt sibi præputia, et recesserunt a  
testamento sancto, et juncti sunt nationibus, et  
venundati sunt, ut facerent malum ».

« Et paratum est regnum in conspectu Antio-  
chi, et cepit regnare in terra Ægypti, ut regnaret  
super duo regna ».

« Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi,  
in curribus, et elephantis, et equitibus, et copiosa  
navium multitudine »:

« Et constituit bellum adversus Ptolemæum  
regem Ægypti, et veritus est Ptolemæus a facie  
ejus, et fugit, et ceciderunt vulnerati multi ».

« Et comprehendit civitates munitas in terra  
Ægypti: et accepit spolia terræ Ægypti ».

« Et convertit Antiochus, postquam percussit  
Ægyptum in centesimo et quadragesimo tertio  
anno: et ascendit ad Israel ».

« Et ascendit Jerosolymam in multitudine  
gravi ».

« Et intravit in sanctificationem cum superbia,  
et accepit altare aureum, et candelabrum lumi-  
nis, et universa vasa ejus, et mensam propositionis,  
et libatoria, et phialas, et mortariola aurea,  
et velum, et coronas, et ornamentum aureum,  
quod in facie templi erat: et comminuit om-  
nia ».

« Et accepit argentum, et aurum, et vasa con-  
cupiscibilia: et accepit thesauros oculos, quos  
invenit: et sublatis omnibus, abiit in terram  
suam ».

« Et fecit cœdem hominum, et locutus est in  
superbia magna ».

« Et factus est plancus magnus in Israel, et  
in omni loco eorum »:

« Et ingemuerunt principes, et seniores: vir-  
gines, et juvenes infirmati sunt, et speciositas  
mulierum immutata est ».

« Omnis maritus sumpsit lamentum: et quæ  
sedebant in thoro maritali, lugebant »:

« Et commota est terra super habitantes in ea,  
et universa domus Jacob induit confusionem ».

« Et post duos annos dierum misit rex princi-  
pem tributorum in civitates Juda, et venit Jeru-  
salem cum turba magna ».

« Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo:  
et crediderunt ei »:

« Et irruit super civitatem repente, et per-  
cussit eam plaga magna, et perdidit populum  
multum ex Israel ».

« Et accepit spolia civitatis: et succendit eam  
igni, et destruxit domos ejus, et muros ejus in  
circuito ».

« Et captivas duxerunt mulieres: et natos, et  
pecora possederunt ».

« Et edificaverunt civitatem David muro ma-  
gno, et firmo, et turribus firmis, et facta est illis  
in arcem ».

« Et posuerunt illis gentem peccatricem, viros  
iniquos, et convulnerunt in ea, et posuerunt arma,  
et escas: et congregaverunt spolia Jerusa-  
lem »:

« Et reposuerunt illis: et facti sunt in laqueum  
magnum ».

« Et factum est hoc ad insidias sanctificationi,  
et in diabolium malum in Israel »:

« Et effuderunt sanguinem innocentem per  
circuitum sanctificationis, et contaminaverunt  
sanctificationem ».

« Et fugerunt habitatores Jerusalem propter  
eos, et facta est habitatio exterorum, et facta  
est externa semini suo, et nati ejus reliquerunt  
eam ».

« Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo ».

« Dies festi ejus conversi sunt in luctum: sab-  
bata ejus in opprobrium, honores ejus ad nihilum ».

« Secundum gloriam ejus multiplicata est igno-  
minia ejus: et sublimitas ejus conversa est in  
luctum ».

« Et scripsit rex Antiochus omni regno suo,  
ut esset omnis populus unus, et relinqueret unus-  
quisque legem suam ».

« Et consenserunt omnes gentes secundum ver-  
bum regis Antiochi ».

« Et multi ex Israel consenserunt servituti  
ejus, et sacrificaverunt idolis, et coinquinaverunt  
sabbatum ».

« Et misit rex libros per manus nuntiorum in  
Jerusalem, et in omnes civitates Juda, ut sequerentur  
leges gentium terræ »:

« Et prohiberent holocausta, et sacrificia, et  
placationes fieri in templo Dei »:

« Et prohiberent celebrari sabbatum, et dies  
solemnnes »:

« Et jussit coinquinari sancta, et sanctum po-  
pulum Israel ».

« Et jussit edificari aras, et templa, et idola,  
et immolari carnes suillas, et pecora communia ».

« Et relinquere filios suos circumcisos, et coin-  
quinari animas eorum in omnibus immundis, et abominabilibus, ita ut obliviscerentur legem, et  
immutarent omnes justificationes Dei ».

« Et quicumque non fecissent secundum ver-  
bum regis Antiochi, morentur ».

« Secundum omnia verba hæc scripsit omni  
regno suo, et præposuit principes populo, qui  
hæc fieri cogèrent ».

« Et juserunt civitatibus Juda sacrificare ».

« Et congregati sunt multi de populo ad eos,  
qui dereliquerant legem Domini: et fecerunt mala  
super terram »:

« Et effugerunt populum Israel in abditis,  
et in absconditis fugitivorum locis ».

« Die quinta decima mensis Casleu, quinto  
et quadragesimo et centesimo anno, edificavit rex  
Antiochus alominandum idolum desolationis super  
altare Dei, et per universas civitates Juda in  
circuito edificaverunt aras ».

« Et ante januas domorum, et in plateis incen-  
debant thura, et sacrificabant »:

« Et libros legis Dei combusserunt igni, scin-  
dentes eos ».

« Et apud quemcumque inveniebantur libri  
testamenti Domini, et quicumque observabat legem  
Domini, secundum edictum regis trucidaban-  
t eum ».

« In virtute sua faciebant hæc populo Israel,  
qui inveniebatur in omni mense et mense in  
civitatibus ».

« Et quinta et vigesima die mensis sacrificaban-  
t super aram, quæ erat contra altare ».

« Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos  
trucidabantur secundum jussum regis Antio-  
chi »:

« Et suspendebant pueros a cervicibus per uni-  
versas domos eorum: et eos, qui circumciderant  
illos, trucidabant ».

« Et multi de populo Israel defecerunt apud  
se, ut non manducarent immunda: et elegerunt  
magis mori, quam cibis coinquinari immundis ».

« Et noluerunt infringere legem Dei sanctam,  
et trucidati sunt »:

« Et facta est ira magna super populum valde ».

## CAPUT II.

« In diebus illis surrexit Matthatias filius  
Joannis, filii Simeonis, sacerdos ex filiis Joarib

ab Jerusalem, et cœdit in monte Modin ».

« Et habebat filios quinque, Joannem, qui cog-  
nominabatur Gaddis »:

« Et Simonem, qui cognominabatur Thasi »:

« Et Judam, qui vocabatur Macchabeus »:

« Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron:  
et Jonathan, qui cognominabatur Apphus ».

« Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Juda,  
et in Jerusalem ».

« Et dixit Matthatias: Væ mihi! Ut quid natus  
sum videre contritionem populi mei, et contri-  
tionem civitatis sanctæ, et sedere illic, cum datur  
in manibus inimicorum »:

« Sancta in manu extraneorum facta sunt:  
templum ejus sicut homo ignobilis ».

« Vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: truci-  
dati sunt senes ejus in plateis, et juvenes ejus  
cecidissent in gladio inimicorum ».

« Quæ gens non hereditavit regnum ejus, et  
non obtinuit spolia ejus »?

« Omnis compositio ejus ablata est. Quæ erat  
libera, facta est ancilla ».

« Et ecce sancta nostra, et pulchritudo nostra,  
et claritas nostra desolata est, et coinquinaverunt  
ea gentes ».

« Quo ergo nobis adhuc vivere »?

« Et scidit vestimenta sua Matthatias, et filii  
ejus: et operuerunt se ciliciis, et planxerunt  
valde ».

« Et venerunt illic qui missi erant a rege  
Antiocho, ut cogèrent eos, qui confugerant in  
civitatem Modin, immolare, et accendere thura,  
et a lege Dei discedere ».

« Et multi de populo Israel consentientes acces-  
serunt ad eos: sed Matthatias, et filii ejus constan-  
ter steterunt ».

« Et respondentes qui missi erant ab Antiocho  
dixerunt Matthatias: Princeps et clarissimus,  
et magnus es in hac civitate, et ornatus filiis, et  
fratribus ».

« Ergo accede prior, et fac jussum regis sicut  
fecerunt omnes gentes, et viri Juda, et qui re-  
manserunt [Al. manserunt] in Jerusalem: et eris  
tu, et filii tui inter amicos regis, et amplificatus  
auro, et argento, et muneribus multis ».

« Et respondit Matthatias, et dixit magna voce:  
Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut  
discedat unusquisque a servitute legis patrum  
suorum, et consentiat mandatis ejus »:

« Ego et filii mei, et fratres mei obediemus  
legi patrum nostrorum ».

« Propitius sit nobis Deus, non est nobis ultio relinquere legem, et iustitias Dei ».

« Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostrae mandata, ut eamus altera via ».

« Et ut cessavit loqui verba haec, accessit quidam Iudeus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in civitate Modin, secundum iussum regis »:

« Et vidit Matthatias, et doluit, et contremuerunt renes ejus, et accensus est furor ejus secundum iudicium legis, et insiliens crucidavit eum super aram ».

« Sed et virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, et aram destruxit ».

« Et zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi ».

« Et exclamavit Matthatias voce magna in civitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me ».

« Et fugit ipse, et filii ejus in montes, et reliquerunt quaequaque habebant in civitate ».

« Tunc descenderunt multi quærentes iudicium, et iustitiam, in desertum ».

« Et sederunt ibi ipsi, et filii eorum, et mulieres eorum, et pecora eorum, quoniam invidaverunt super eos mala ».

« Et renuntiatum est viris regis, et exercitui, qui erat in Jerusalem civitate David, quoniam discessissent viri quidam, qui dissipaverunt mandatum regis in loca occulta in deserto, et abiissent post illos multi ».

« Et statim perrexerunt ad eos, et constituerunt adversus eos praelium in die sabbatorum ».

« Et dixerunt ad eos: Resistitis et nunc adhuc? Exite, et facite secundum verbum regis Antiochi, et vivetis ».

« Et dixerunt: Non exhibimus neque faciemus verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum ».

« Et concitaverunt adversus eos praelium ».

« Et non responderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec opplaverunt loca occulta ».

« Dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: et testes erunt super nos cælum, et terra, quod iniuste perditis nos ».

« Et intulerunt illis bellum sabbatis: et mortui sunt ipsi, et uxores eorum, et filii eorum, et pecora eorum usque ad mille animas hominum ».

« Et cognovit Matthatias, et amici ejus, et luctum habuerunt super eos valde ».

« Et dixit vir proximo suo: Si omnes feceri-

mus sicut fratres nostri fecerunt, et non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris, et justificationibus nostris, nunc citius disperdent nos a terra »:

« Et cogitaverunt in die illa, dicentes: Omnis homo, quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus adversus eum: et non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in oculis ».

« Tunc congregata est ad eos synagoga Assidaeorum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege ».

« Et omnes, qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos, et facti sunt illis ad firmamentum ».

« Et collegerunt exercitum, et percuesserunt peccatores in ira sua, et viros iniquos in indignatione sua: et ceteri fugerunt ad nationes, ut evaderent ».

« Et circumciderunt pueros in circumcisis quotquot invenerunt in finibus Israel, et in fortitudine ».

« Et persecuti sunt filios superbia, et prosperatum est opus in manibus eorum ».

« Et obtinuerunt legem de manibus gentium, et de manibus regum: et non dederunt cornu peccatori ».

« Et appropinquerunt dies Matthatie moriendi, et dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia, et castigatio, et tempus eversiois, et ira indignationis ».

« Nunc ergo, o filii, æmulatores castæ legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrorum ».

« Et mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis: et accipietis gloriam magnam et nomen æternum ».

« Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, et reputatum est ei ad iustitiam? »

« Joseph in tempore angustiae suæ custodivit mandatum, et factus est dominus Egypti ».

« Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni ».

« Jesus dum implevit verbum, factus est dux in Israel ».

« Caleb, dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem ».

« David in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula ».

« Elias, dum zelat zelum legis, receptus est in cælum ».

« Ananias, et Azarias, et Misael credentes, liberati sunt de flamma ».

« Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum ».

« Et ita cogitate per generationem, et generationem: et [Al. tac. et] quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur ».

« Et a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus stercore, et vermibus est ».

« Hodie extollitur, et cras non invenietur: quia conversus est in terram suam, et cogitatio ejus perit ».

« Vos ergo, filii, confortamini, et viriliter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eritis ».

« Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilii est, ipsum audite semper, et ipse erit vobis pater ».

« Et Judas Macchabeus fortis viribus a juventute sua, sit vobis princeps militiae, et ipse agat bellum populi ».

« Et adducetis ad vos omnes factores legis, et vindicatis vindictam populi vestri ».

« Retribuite retributionem gentibus, et intendite in præceptum legis ».

« Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos ».

« Et defunctus est anno centesimo et quadragésimo sexto: et sepultus est a filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, et planxerunt eum omnis Israel planctu magno ».

## CAPUT III.

« Et surrexit Judas, qui vocabatur Macchabeus, filius ejus pro eo ».

« Et adjuvabant eum omnes fratres ejus, et universi, qui se conjunxerant patri ejus, et præliabantur prælium Israel cum lætitia ».

« Et dilatavit gloriam populo suo, et induit se loriceam sicut gigas, et succinxit se arma bellica sua in præliis, et protegebat castra gladio suo ».

« Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione ».

« Et persecutus est iniquos perscrutans eos: et qui conturbabant populum suum, eos succendit Damnis »:

« Et repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus, et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt: et directa est salus in manu ejus ».

« Et exacerbabat reges multos, et lætificabat

Jacob in operibus suis, et in sæculo memoria ejus in benedictione ».

« Et perambulavit civitates Juda, et perdidit impios ex eis, et avertit iram ab Israel ».

« Et nominatus est usque ad novissimum terræ, et congregavit peoentes ».

« Et congregavit Apollonius gentes, et a Samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra Israel ».

« Et cognovit Judas, et exiit obviam illi: et percussit, et occidit illum: et ceciderunt vulnerati multi, et reliqui fugerunt ».

« Et accepit spolia eorum: et gladium Apollonii abstulit Judas, et erat pugnans in eo omnibus diebus ».

« Et audivit Scron princeps exercitus Syriae, quod congregavit Judas congregationem fidelium, et ecclesiam secum ».

« Et ait: Faciam mihi nomen, et glorificabor in regno, et debellabo Judam, et eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis ».

« Et præparavit se: et ascenderit cum eo castra impiorum fortes auxiliarii, ut faceret vindictam in filios Israel ».

« Et appropinquerunt usque ad Bethoron: et exivit Judas obviam illi cum paucis ».

« Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, dixerunt Judæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, et tam fortem, et nos fatigati sumus jejuniis hodie? »

« Et ait Judas: Facile est concludi multos in manus paucorum: et non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, et in paucis ».

« Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est ».

« Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumacii, et superbia, ut disperdant nos, et uxores nostras, et filios nostros, et ut spolient nos »:

« Nos vero pugnavimus pro animabus nostris, et legibus nostris ».

« Et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram: vos autem ne timueritis eos ».

« Ut cessavit autem loqui, insiliit in eos subito: et contritus est Scron, et exercitus ejus in conspectu ipsius ».

« Et persecutus est cum in descensu Bethoron usque in campum, et ceciderunt ex eis octingenti viri: reliqui autem fugerunt in terram Philistinum ».

« Et cecidit timor Judæ, ac fratrum ejus, et formido super omnes gentes in circuito eorum ».

« Et pervenit ad regem nomen ejus, et de proliis Judæ narrabat omnes gentes ».

« Ut audivit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo : et misit, et congregavit exercitum universi regni sui, castra fortia valde ».

« Et aperuit ararium suum, et dedit stipendia exercitui in annum : et mandavit illis, ut essent parati ad omnia ».

« Et vidit quod defecti pecunia de thesauris suis, et tributa regionis modica propter disensionem, et plagam, quam fecit in terra, ut tolleretur legitima, que erant a primis diebus ».

« Et timuit, ne non haberet ut semel et bis, in sumptus, et donaria, que dederat ante larga manu, et abundaverat super reges qui ante eum fuerant ».

« Et consternatus erat animo valde, et cogitavit ire in Persidem, et accipere tributa regionum, et congregare argentum multum ».

« Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, a flumine Euphrate usque ad flumen Aegypti ».

« Et ut nutriret Antiochum filium suum donec rediret ».

« Et tradidit ei medium exercitum, et elefantos : et mandavit ei de omnibus, que volebat, et de inhabitantibus Judæam et Jerusalem ».

« Et ut mitteret ad eos exercitum ad conterendam et extirpandam virtutem Israel, et reliquias Jerusalem, et auferendam memoriam eorum de loco ».

« Et ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, et sorte distribueret terram eorum ».

« Et rex assumpsit partem exercitus residui, et exivit ab Antiochia civitate regni sui anno centesimo et quadagesimo septimo : et transfretavit Euphratem flumen, et perambulabat superiores regiones ».

« Et elegit Lysias Ptolemaum filium Dorymini, et Nicanorem, et Gorgiam, viros potentes ex amicis regis ».

« Et misit eum eis quadraginta millia virorum, et septem millia equitum, ut venirent in terram Juda, et disperderent eam secundum verbum regis ».

« Et processerunt cum universa virtute sua, et venerunt, et applicuerunt Emmaum in terra campestri ».

« Et audierunt mercatores regionum nomen eorum : et acceperunt argentum et aurum multum valde, et pueros : et venerunt in castra, ut

acciperent filios Israel in servos : et additi sunt ad eos exercitus Syrim, et terra alienigenarum ».

« Et vidit Judas, et fratres ejus, quia multiplicata sunt mala, et exercitus applicabant ad fines eorum : et cognoverunt verba regis, que mandavit populo facere in interitum, et consummationem ».

« Et dixerunt unusquisque ad proximum suum : Ergamus dejectionem populi nostri, et pugnemus pro populo nostro, et sanctis nostris ».

« Et congregatus est conventus ut essent parati in prælium : et ut orarent, et peterent misericordiam, et miserationes ».

« Et Jerusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum : non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis ejus : et sanctum conculcabatur : et filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium : et ablata est voluptas a Jacob, et deficit ibi tibia, et cithara ».

« Et congregati sunt, et venerunt in Maspha contra Jerusalem : quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel ».

« Et jejunaverunt illa die, et induerunt se ciliciis, et cinerem imposuerunt capiti suo : et disciderunt vestimenta sua ».

« Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum ».

« Et attulerunt ornamenta sacerdotalia, et primitias et decimas : et suscitaverunt Nazaros, qui impleverant dies ».

« Et clamaverunt voce magna in cælum, dicentes : Quid faciemus istis, et quo eos duceamus » ?

« Et sancta tua conculcata sunt, et contaminata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in luctum, et in humillatam ».

« Et ecce nationes convenerunt adversum nos, ut nos disperdant : tu scis qua cogitant in nos ».

« Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu, Deus, adjuves nos » ?

« Et tubis exclamaverunt voce magna ».

« Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos, et centuriones, et pentacontarchos, et decuriones ».

« Et dixit his qui edificabant domos, et spondebant uxores, et plantabant vineas, et formidolosus, ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem ».

« Et moverunt castra, et collocaverunt ad austrum Emmaum ».

« Et ait Judas : Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati in mane, ut pugnetis adversus nationes has, que convenerunt adversum nos disperdere nos, et sancta nostra ».

« Quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostre, et sanctorum ».

« Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat ».

## CAPUT IV.

« Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum, et mille equites electos : et moverunt castra nocte ».

« Ut applicarent ad castra Judæorum, et percuterent eos subito : et filii, qui erant ex arce, erant illis duces ».

« Et audivit Judas, et surrexit ipse, et potentes percutere virtutum exercituum regis, qui erant in Emmaum ».

« Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris ».

« Et venit Gorgias in castra Judæ noctu, et neminem invenit, et querebat eos in montibus : quoniam dixit : Fugiant hi a nobis ».

« Et cum dies factus esset, apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantum : qui tegumenta et gladios non habebant ».

« Et viderunt castra gentium valida, et loricas, et equitatus in circuitu eorum, et hi docti ad prælium ».

« Et ait Judas viris qui secum erant : Ne timueritis multitudinem eorum, et impetum eorum ne formidetis ».

« Mementote qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari Rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo ».

« Et nunc clamemus in cælum, et miseretur nostri Dominus, et memor erit testamenti patrum nostrorum, et conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie ».

« Et scient omnes gentes, quia est qui redimat et liberet Israel ».

« Et elevarunt alienigenæ oculos suos, et viderunt eos venientes ex adverso ».

« Et exierunt de castris in prælium, et tuba cecinerunt hi, qui erant cum Juda ».

« Et congressi sunt : et contrite sunt gentes, et fugerunt in campum ».

« Novissimi autem omnes ceciderunt in gladio, et persecuti sunt eos usque Gezeron, et usque in

campos Idumææ, et Azoti, et Jammie : et ceciderunt ex illis usque ad tria millia virorum ».

« Et reversus est Judas, et exercitus ejus, sequens eum ».

« Dixitque ad populum : Non concupiscatis spolia : quia bellum contra nos est ».

« Et Gorgias et exercitus ejus prope nos in monte : sed state nunc contra inimicos nostros, et expugnate eos, et sumetis postea spolia securi ».

« Et adhuc loquente Juda hæc, ecce apparuit pars quedam prospiciens de monte ».

« Et vidit Gorgias quod in fugam conversi sunt sui, et succederunt castra : fumus enim, qui videbatur, declarabat quod factum est ».

« Quibus illi conspectis, timerunt valde, aspicientes simul et Judam, et exercitum in campo paratum ad prælium ».

« Et fugerunt omnes in campum alienigenarum ».

« Et Judas reversus est ad spolia castrorum, et acceperunt aurum multum, et argentum, et hyacinthum, et purpuram marinam, et opes magnas ».

« Et conversi, hymnum canebant, et benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus ».

« Et facta est salus magna in contritione in die illa ».

« Quicunque autem alienigenarum evaserunt, venerunt, et nuntiaverunt Lysie universa que acciderant ».

« Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat : quod non qualia voluit, talia contigerunt in [Al. tao. in] Israel, et qualia mandavit rex ».

« Et sequenti anno congregavit Lysias virorum electorum sexaginta millia, et equitum quinque millia, ut debellaret eos ».

« Et venerunt in Judeam, et castra posuerunt in Bethoron, et occurrit illis Judas cum decem millibus viris ».

« Et viderunt exercitum fortem, et oravit, et dixit : Benedictus es, salvator Israel, qui contrivisti impetum potentis in manu servi tui David, et tradidisti castra alienigenarum in manu Jonathan filii Saul, et armigeri ejus ».

« Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, et confundantur in exercitu suo, et equitibus ».

« Da illis formidinem, et tabefac audaciam virtutis eorum, et commoveantur contritione sua ».

« Deice illos gladio diligentem te : et collaudent te omnes, qui noverunt nomen tuum in hymnis ».

« Et commiserunt prælum : et ceciderunt de exercitu Lysin quinque millia virorum ».

« Videns autem fugam suorum, et Judæorum audaciam, et quod parati sunt aut vivere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam, et elegit milites, ut multiplicati rursus venirent in Judæam ».

« Dixit autem Judas, et fratres ejus : Ecce contriti sunt inimici nostri : ascendamus nunc mundare sancta, et renovare ».

« Et congregatus est omnis exercitus, et ascenderunt in montem Sion ».

« Et viderunt sanctificationem desertam, et altare profanatum, et portas exustas, et in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, et pastophoria diruta ».

« Et sciderunt vestimenta sua, et planxerunt planctu magno, et imposuerunt cinerem [A. cineres] super caput suum ».

« Et ceciderunt in faciem super terram, et exclamaverunt tubis signorum, et clamaverunt in cælum ».

« Tunc ordinavit Judas viros, ut pugnarent adversus eos qui erant in arce, donec emundarent sancta ».

« Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei » :

« Et mundaverunt sancta, et tulerunt lapides contaminationis in locum immundum ».

« Et cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret ».

« Et incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud : ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminaverunt illud gentes, et demoliti sunt illud ».

« Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, et responderet de eis ».

« Et acceperunt lapides integros secundum legem, et edificaverunt altare novum secundum illud, quod fuit prius » :

« Et edificaverunt sancta, et quæ infra domum erant intrinsecus : et ædem et atria sanctificaverunt ».

« Et fecerunt vasa sancta nova, et intulerunt candelabrum, et altare incensorum, et mensam in templum ».

« Et incensum posuerunt super altare, et ascenderunt incensum, quæ super candelabrum erant, et lucebant in templo ».

« Et posuerunt super mensam panes, et appenderunt vela, et consummaverunt omnia opera quæ fecerant ».

« Et ante matutinum surrexerunt quinta et vigesima die mensis noni [hic est mensis Casleu] centesimi quadragiesimi octavi anni ».

« Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt ».

« Secundum tempus et secundum diem, in qua contaminaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in canticis, et citharis, et cinyris, et in cymbalis ».

« Et cecidit omnis populus in faciem, et adoraverunt, et benedixerunt in cælum cum qui prosperavit eis ».

« Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, et obtulerunt holocausta cum lætitia, et sacrificium salutaris, et laudis ».

« Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, et scutulis : et dedicaverunt portas, et pastophoria, et imposuerunt eis januas ».

« Et facta est lætitia in populo magna valde, et aversum est opprobrium gentium » :

« Et statuit Judas, et fratres ejus, et universa ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum, per dies octo, a quinta et vigesima die mensis Casleu, cum lætitia et gaudio ».

« Et edificaverunt in tempore illo montem Sion, et per circuitum muros altos, et turres firmas, ne quando venirent gentes, et conculcarent eum, sicut antea fecerunt ».

« Et collocavit illic exercitum, ut servarent eum, et munivit eum ad custodiendam Bethsuram, [A. add. et] ut haberet populum munitionem contra faciem Idumææ ».

## CAPUT V.

« Et factum est, ut audierunt gentes in circuito, quia edificatum est altare, et sanctuarium sicut prius, iratæ sunt valde » :

« Et cogitabant tollere genus Jacob, qui erant inter eos, et ceperunt occidere de populo, et persequi ».

« Et debellabat Judas filios Esau in Idumæa, et eos qui erant in Acra bathane : quia circumsedebant Israelitas, et percussit eos plaga magna ».

« Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum et in scandalum, insidiantes ei in via ».

« Et conclusi sunt ab eo in turribus, et applicuit ad eos, et anathematizavit eos, et incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant ».

« Et transitit ad filios Ammon, et invenit manum fortem, et populum copiosum, et Timotheum duccem ipsorum » :

« Et commisit cum eis prelia multa, et contriti sunt in conspectu eorum, et percussit eos » :

« Et cepit Gazer civitatem, et filias ejus, et reversus est in Judæam ».

« Et congregatæ sunt gentes, quæ sunt in Galaad, adversus Israelitas, qui erant in finibus eorum, ut tollerent eos, et fugerunt in Datheman munitionem ».

« Et miserunt litteras ad Judam, et fratres ejus, dicentes : Congregatæ sunt adversum nos gentes per circuitum, ut nos auferant » :

« Et parant venire, et occupare munitionem in quam confugimus : et Timotheus est dux exercitus eorum ».

« Nunc ergo veni, et eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis ».

« Et omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin, interfecti sunt : et captivas duxerunt uxores eorum, et natos, et spolia, et peremerunt illis fere mille viros ».

« Et adhuc epistolæ legabantur, et ecce alii nuntii venerunt de Galilæa conscissis tunicis, nuntiantes secundum verba hæc » :

« Dicentes, convenisse adversum se a Ptolemaida, et Tyro, et Sidone : et repleta est omnis Galilæa alienigenis, ut nos consumant ».

« Ut audivit autem Judas, et populus, sermones istos, convenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, et expugnabantur ab eis ».

« Dixitque Judas Simoni fratri suo : Elige tibi viros, et vade, et libera fratres tuos in Galilæa : ego autem, et frater meus Jonathas ibimus in Galaaditium ».

« Et reliquit Josephum filium Zachariæ, et Azariam duces populi cum residuo exercitu in Judæa ad custodiam ».

« Et precepit illis, dicens : Præstote populo huic : et nolite bellum committere adversum gentes, donec revertamur ».

« Et partiti sunt Simoni tria millia, ut iret in Galilæam : Judæ autem octo millia in Galaaditium ».

« Et abiit Simon in Galilæam, et commisit prelia multa cum gentibus : et contrite sunt

gentes a facie ejus, et persecutus est eos usque ad portam ».

« Ptolemaidis : et ceciderunt de gentibus fere tria millia virorum, et accepit spolia eorum ».

« Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa, et in Arbatis cum uxoris, et natis, et omnibus quæ erant illis, et adduxit in Judæam cum lætitia magna ».

« Et Judas Macchabeus, et Jonathas frater ejus transierunt Jordanem, et abierunt viam trium dierum per desertum ».

« Et occurrerunt eis Nabuthæi, et susceperunt eos pacifice, et narraverunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide ».

« Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, et Bosor, et in Alimis, et in Caspor, et Mageth, et Carnaim : hæc omnes civitates munitæ et magna ».

« Sed et in cæteris civitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi, et in crastinum constituerunt admove exercitum civitatibus his, et comprehendere, et tollere eos in una die ».

« Et convertit Judas, et exercitus ejus, viam in desertum Bosor repente, et occupavit civitatem : et occidit omnem masculum in ore gladii, et accepit omnia spolia eorum, et succendit eam igni ».

« Et surrexerunt inde nocte, et ibant usque ad munitionem ».

« Et factum est diluculo, cum elevassent oculos suos, ecce populus multus, cujus non erat numerus, portantes scalas et machinas, ut comprehenderent munitionem, et expugnarent eos ».

« Et vidit Judas quia cepit bellum, et clamor belli ascendit ad cælum sicut tuba, et clamor magnus de civitate » :

« Et dixit executi suo : Pugnate hodie pro fratribus vestris ».

« Et venit tribus ordinibus post eos, et exclamaverunt tubis, et clamaverunt in oratione ».

« Et cognoverunt castra Timothei, quia Macchabeus est, et refugerunt a facie ejus : et perussurunt eos plaga magna, et ceciderunt ex iis in die illa fere octo millia virorum ».

« Et divertit Judas in Maspha, et expugnavit, et cepit eam : et occidit omnem masculum ejus, et sumpsit spolia ejus, et succendit eam igni ».

« Inde perrexit, et cepit Casbon, et Mageth, et Bosor, et reliquas civitates Galaaditidis ».

« Post hæc autem verba congregavit Timotheus exercitum alium, et castra posuit contra Raphon trans torrentem ».

« Et misit Judas speculari exercitum : et renuntiaverunt ei dicentes, quia convenerunt ad eum omnes gentes, quae in circuitu nostro sunt, exercitus multus nimis » :

« Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, et castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in praelium. Et abiit Judas obviam illis ».

« Et ait Timotheus principibus exercitus sui : Cum appropinquerit Judas, et exercitus ejus ad torrentem aquae : si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum : quia potens poterit adversum nos ».

« Si vero timuerit transire, et posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos : et poterimus adversus illum ».

« Ut autem appropinquavit Judas ad torrentem aquae, statuit scribas populi secus torrentem et mandavit eis, dicens : Neminem hominum reliqueritis : sed veniant omnes in praelium ».

« Et transfretavit ad illos prior, et omnis populus post eum, et contritas sunt omnes gentes a facie eorum, et projecerunt arma sua, et fugerunt ad fanum quod erat in Carnaim ».

« Et occupavit ipsam civitatem, et fanum succendit igni cum omnibus qui erant in ipso : et oppressa est Carnaim, et non potuit sustinere contra faciem Judae ».

« Et congregavit Judas universos Israelitas, qui erant in Galaaditide, a minimo usque ad maximum, et uxores eorum, et natos, et exercitum magnum valde, ut venirent in terram Juda ».

« Et venerunt usque Ephron : et haec civitas magna in ingressu posita, munita valde, et non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat ».

« Et incluserunt se, qui erant in civitate, et obstruxerunt portas lapidibus : et misit ad eos Judas verbis pacificis ».

« Dicens : Transeamus per terram vestram, ut eamus in terram nostram : et nemo vobis nocebit : tantum pedibus transibimus. Et volebant eis aperire ».

« Et precepit Judas praedicare in castris, ut applicarent unusquisque in quo erat loco ».

« Et applicuerunt se viri virtutis : et oppugnavit civitatem illam tota die, et tota nocte, et tradita est civitas in manu ejus » :

« Et percemerunt omnem masculinum in ore gladii, et eradievit eam, et accepit spolia ejus, et transiit per totam civitatem super interfectos ».

« Et transgressi sunt Jordanem in campo magno, contra faciem Bethsan ».

« Et erat Judas congregans extremos, et exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Juda » :

« Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia et gaudio, et obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset, donec revertenterent in pace ».

« Et in diebus, quibus erat Judas, et Jonathas in terra Galaad, et Simon frater ejus in Galilæa contra faciem Ptolemaidis ».

« Audivit Josephus Zacharie filius, et Azarias principes [Al. princeps] virtutis, res bene gestas, et praelia quae facta sunt ».

« Et dixit : Faciamus et ipsi nobis nomen, et eamus pugnare adversus gentes quae in circuitu nostro sunt ».

« Et praecipit his qui erant in exercitu suo, et abierunt Jamniam ».

« Et exiit Gorgias de civitate, et viri ejus obviam illis in pugnam ».

« Et fugati sunt Josephus et Azarias usque in [Al. ad] fines Judæae : et ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, et facta est fuga magna in populo » :

« Quia non audierunt Judam, et fratres ejus, existimantes fortiter se facturos ».

« Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel ».

« Et viri Juda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, et gentium omnium, ubi audiebatur nomen eorum ».

« Et convenerunt ad eos fausta acclamantes ».

« Et exiit Judas, et fratres ejus, et expugnabant filios Esau in terra quæ ad austrum est, et percussit Chebron et filias ejus : et muros ejus, et turres succendit igni in circuitu ».

« Et movit castra, ut iret in terram alienigenarum, et perambulabat Samaritanam ».

« In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exercent in praelium ».

« Et declinavit Judas in Azotum in terram alienigenarum, et diruit aras eorum et sculptilia deorum ipsorum succendit igni : et cepit spolia civitatum, et reversus est in terram Juda ».

## CAPUT VI.

« Et rex Antiochus perambulabat superiores regiones, et audivit esse civitatem Elymaidem in

Perside nobilissimam, et copiosam in argento et auro ».

« Templumque in ea locuplex valde : et illic velamina aurea, et lorice, et scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnavit primus in Græcia ».

« Et venit, et quærebat capere civitatem, et depraedari eam : et non potuit, quoniam innotuit sermo his qui erant in civitate » :

« Et insurrexerunt in praelium, et fugit inde, et abiit cum tristitia magna, et reversus est in Babyloniam ».

« Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra quæ erant in terra Juda » :

« Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, et fugatus est a facie Judæorum, et invaluerunt armis, et viribus, et spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ excederunt ».

« Et quia diruerunt abominationem, quam edificaverat super altare quod erat in Jerusalem : et sanctificationem, sicut prius, circumdederunt muris excelis : sed et Bethsuram civitatem suam ».

« Et factum est, ut audivit rex sermones istos, expavit, et commotus est valde : et decidit in lectum, et incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat ».

« Et erat illic per dies multos : quia renovata est in eo tristitia magna, et arbitratus est se mori ».

« Et vocavit omnes amicos suos, et dixit illis : Recessit somnus ab oculis meis, et conceidi, et cornu corde præ sollicitudine » :

« Et dixi in corde meo : In quantum tribulationem doveni, et in quos fluctus tristitiæ, in quantum sum : qui jucundus eram, et dilectus in potestate mea » !

« Nunc vero remiseris malorum, quæ feci in Jerusalem, unde et abstuli omnia spolia aurea et argentea, quæ erant in ea, et misi auferre habitantes Judæam sine causa ».

« Cognovi ergo, quia propterea invenerunt me mala ista : et ecce pereo tristitia magna in terra aliena ».

« Et vocavit Philippum, unum de amicis suis, et proposuit eum super universum regnum suum » :

« Et dedit ei diadema, et stolam suam, et anululum, ut adduceret Antiochum filium suum, et nutrirerit eum, et regnaret ».

« Et mortuus est illic Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono ».

« Et cognovit Lysias, quoniam mortuus est rex, et constituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutritiv adoloscensentem : et vocavit nomen ejus Eupatorem [Al. Eupator] ».

« Et hi, qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum : et quærebant eis mala semper, et firmamentum gentium ».

« Et cogitavit Judas disperdere eos : et convocavit universum populum, ut obsiderent eos ».

« Et convenerunt simul, et obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, et fecerunt balistas et machinas ».

« Et exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur : et adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel ».

« Et abierunt ad regem, et dixerunt : Quoquæ non facis judicium, et vindicas fratres nostros » ?

« Nos decrevimus servire patri tuo, et ambulare in præceptis ejus, et obsequi edictis ejus » :

« Et filii populi nostri propter hoc alienabant se a nobis : et quicumque inveniebantur ex nobis, interficiebantur, et hereditates nostræ diripiebantur ».

« Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed et in omnes fines nostros ».

« Et ecce applicuerunt hodie ad arcem Jerusalem occupare eam, et munitionem Bethsuram munierunt » :

« Et nisi præveneris eos velocitus, majora, quam hæc, facient, et non poteris obtinere eos ».

« Et iratus est rex, ut hæc audivit : et convocavit omnes amicos suos, et principes exercitus sui, et eos qui super equites erant ».

« Sed et de regnis aliis, et de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii ».

« Et erat numerus exercitus ejus, centum millia peditum, et viginti millia equitum, et elephanti triginta duo, docti ad praelium ».

« Et venerunt per Idumæam, et applicuerunt ad Bethsuram, et pugnaverunt dies multos, et fecerunt machinas, et exierunt, et succenderunt eas igni, et pugnaverunt viriliter ».

« Et recessit Judas ab arce, et movit castra ad Bethzacharam contra castra regis ».

« Et surrexit rex ante lucem, et conceitavit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam : et comparaverunt se exercitus in praelium, et tubis cecinerunt » :

« Et elephantis ostenderunt sanguinem uræ et mori, ad acuendos eos in praelium » :

« Et diviserunt bestias per legiones : et adstiterunt singulis elephantis mille viri in loriciis con-

catenatis, et galeæ æræ in capitibus eorum : et quingenti equites ordinati unicuique bestię electi erant ».

« Hi ante tempus ubicunque erat bestia, ibi erant : et quocunque ibat, ibant, et non discedebant ab ea ».

« Sed et turres lignæ super eos firmæ, protegentes super singulas bestias : et super eas machinæ : et super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper, et Indus magister bestię ».

« Et residuum equitatum hinc et inde statuit in duas partes, turbis exercituum commovere, et perurgere constipatis in legionibus ejus ».

« Et ut refulsit sol in clypeos aureos et æreos, resplenderunt montes ab eis, et resplenderunt sicut lampades ignis ».

« Et distincta est pars exercitus regis per montes excelso, et alia per loca humilia, et ibant caute et ordinate ».

« Et commovebantur omnes inhabitantes terram a voce multitudinis, et incesso turbæ, et collisione armorum : erat enim exercitus magnus valde, et fortis ».

« Et appropriavit Judas, et exercitus ejus in prælium : et ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri ».

« Et vidit Eleazar filius Saura unam de bestiis loriatam lorici regis : et erat eminens super cæteras bestias, et visum est ei quod in ea esset rex ».

« Et dedit se, ut liberaret populum suum, et acquireret sibi nomen æternum ».

« Et occurrit ad eum audacter in medio legionis interficiens a dextris, et a sinistris, et cadebant ab eo huc atque illic ».

« Et ivit sub pedes elephantis, et supposuit se ei, et occidit eum, et cecidit in terram super ipsum, et mortuus est illic ».

« Et videntes virtutem regis, et impetum exercitus ejus, diverterunt se ab eis ».

« Castra autem regis ascenderunt contra eos in Jerusalem, et applicerunt [Al. applicerunt] castra regis ad Judeam et montem Sion ».

« Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura : et exierunt de civitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbata erant terræ ».

« Et comprehendit rex Bethsuram : et constituit illic custodiam servare eam ».

« Et convertit castra ad locum sanctificationis dies multos : et statuit illic balistas, et machinas, et ignis jacula, et tormenta ad lapides jactandos,

et spicula, et scorpios ad mittendas sagittas, et fundibula ».

« Fecerunt autem et ipsi machinas adversus machinas eorum, et pugnaverunt dies multos ».

« Escæ autem non erant in civitate, eo quod septimus annus esset : et qui remanserant in Judea de gentibus, consumperant reliquias eorum, quæ repositæ fuerant ».

« Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames : et dispersi sunt unusquisque in locum suum ».

« Et audivit Lysias quod Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cum adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium suum, et regnaret ».

« Reversus esset a Perside, et Media, et exercitus, qui abierat cum ipso, et quia quarebat suscipere regni negotia :

« Festinavit ire, et dicere ad regem, et duces exercitus : Deficimus quotidie, et escæ nobis modica est, et locus, quem obsidemus, est munitus, et incumbit nobis ordinare de regno ».

« Nunc itaque demus dextras hominibus istis, et faciamus cum illis pacem, et cum omni gente eorum » :

« Et constituamus illis, ut ambulent in legitimis suis sicut prius : propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus, irati sunt, et fecerunt omnia hæc ».

« Et placuit sermo in conspectu regis et principum : et misit ad eos pacem facere : et receperunt illam ».

« Et juravit illis rex, et principes : et exierunt de munitione ».

« Et intravit rex montem Sion, et vidit munitionem loci : et rupit citius juramentum quod juravit : et mandavit destruere murum in gyro ».

« Et discessit festinanter, et reversus est Antiochiam, et invenit Philippum dominantem civitati : et pugnavit adversus eum, et occupavit civitatem ».

## CAPUT VII.

« Anno centesimo quinquagesimo primo exiit Demetrius Seleni filius ab urbe Roma, et ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam, et regnavit illic ».

« Et factum est, ut ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum, et Lysiam, ut adducerent eos ad eum ».

« Et res ei innotuit, et ait : Nolite mihi ostendere faciem eorum ».

« Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui » :

« Et venerunt ad eum viri iniqui et impii ex Israel : et Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos ».

« Et accusaverunt populum apud regem, dicentes : Perdidit Judas, et fratres ejus omnes amicos tuos, et nos dispersit de terra nostra ».

« Nunc ergo mitte virum, cui credis, ut eat, et videat exterminium omne, quod fecit nobis, et regionibus regis : et puniat omnes amicos ejus, et adjuutores eorum ».

« Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, et fidelem regi : et misit eum ».

« Ut videret exterminium, quod fecit Judas : sed et Alcimus impium constituit in sacerdotium, et mandavit ei facere ultionem in filios Israel ».

« Et surrexerunt, et venerunt cum exercitu magno in terram Juda : et miserunt nuntios, et locuti sunt ad Judam et ad fratres ejus verbis pacificis in dolo ».

« Et non intenderunt sermonibus eorum : viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno ».

« Et convenerunt ad Alcimum et Bacchidem congregatio scribarum requirere quæ justa sunt ».

« Et primi Assidae, qui erant in filiis Israel, et exquirebant ab eis pacem » :

« Dixerunt enim : Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos ».

« Et locutus est cum eis verba pacifica : et juravit illis, dicens : Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris ».

« Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, et occidit eos in una die, secundum verbum quod scriptum est » :

« Carnes sanctorum tuorum, et sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret ».

« Et incubuit timor, et tremor in omnem populum, quia dixerunt : Non est veritas et iudicium in eis : transgressi sunt enim constitutum, et iurjurandum, quod iuraverunt ».

« Et movit Bacchides castra ab Jerusalem, et applicuit in Bethzecha : et misit, et comprehendit multos ex eis qui a se effugerant, et quosdam de populo mactavit, et in puteum magnum projecit ».

« Et commisit regionem Alcimo, et reliquit eum eo auxilium in adiutorium ipsi. Et abiit Bacchides ad regem » :

« Et satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotii sui ».

« Et convenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, et obtinuerunt terram Judam, et fecerunt plagam magnam in Israel ».

« Et vidit Judas omnia mala quæ fecit Alcimus, et qui cum eo erant, filius [Al. filii] Israel, multo plus quam gentes ».

« Et exiit in omnes fines Judæ in circuitu, et fecit vindictam in viros desertores, et cessaverunt ultra exire in regionem ».

« Vidit autem Alcimus quod prevaluit Judas, et qui cum eo erant : et cognovit quia non potest sustinere eos, et regressus est ad regem, et accusavit eos multis criminibus ».

« Et misit rex Nicanorem, unum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicus exercens contra Israel : et mandavit ei evertere populum ».

« Et venit Nicanor in Jerusalem cum exercitu magno et misit ad Judam, et ad fratres ejus verbis pacificis cum dolo, dicens :

« Non sit pugna inter me et vos : veniam cum viris paucis, ut videam facies vestras cum pace ».

« Et venit ad Judam, et salutaverunt se invicem pacifice : et hostes parati erant rapere Judam ».

« Et innotuit sermo Judæ, quoniam cum dolo venerant ad eum : et conterritus est ab eo, et amplius noluit videre faciem ejus ».

« Et cognovit Nicanor quoniam denudatum est consilium ejus : et exivit obviam Judæ in pugnam juxta Capharsalama ».

« Et ceciderunt de Nicanoris exercitu fore quinque millia viri, et fugerunt in civitatem David ».

« Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion, et exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace, et demonstrare ei holocausta quæ offerbantur pro rege ».

« Et juravit cum ira, dicens : Nisi traditus fuerit Judas et exercitus ejus in manus meas, continuo cum regressus fuero in pace, succedam domum istam. Et exiit cum ira magna ».

« Et intraverunt sacerdotes, et steterunt ante faciem altaris et templi : et flentes dixerunt :

« Tu, Domine, elegisti domum istam ad invocandam nomen tuum in ea, ut esset domus orationis et obsecrationis populo tuo ».

« Fac vindictam in homine isto, et exercitu ejus, et cadant in gladio : memento blasphemias eorum, et ne dederis eis ut permanent ».

« Et exiit Nicanor ab Jerusalem, et castra ap-

placuit ad Bethoron : et occurrit illi exercitus Syriæ ».

« Et Judas applicuit in Adarsa cum tribus millibus viris : et oravit Judas, et dixit » :

» Qui missi erant a rege Sennacherib, Domine, quia blasphemaverunt te, exiit Angelus, et percussit ex eis centum octoginta quinque millia » :

« Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie : et sciant ceteri quia male locutus est super sancta tua : et judica illum secundum malitiam illius ».

« Et commiserunt exercitus prælium tertia decima die mensis Adar : et contrita sunt castra Nicanoris, et cecidit ipse prius in prælio ».

« Ut autem vidit exercitus ejus quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua et fugerunt » :

« Et persecuti sunt eos viam unius diei ab Adazer usquequo veniatur in Gazara, et tubis cecinerunt post eos cum significationibus » :

« Et exierunt de omnibus castellis Judææ in circuitu, et ventilabant eos cornibus et convertebantur iterum ad eos, et ceciderunt omnes gladio, et non est relictus ex eis nec unus ».

« Et acceperunt spolia eorum in prædam, et caput Nicanoris amputaverunt, et dexteram ejus, quam extendat superbe, et attulerunt et suspenderunt contra Jerusalem ».

« Et lætatus est populus valde, et egerunt diem illam in lætitia magna ».

« Et constituit agi omnibus annis diem istam tertia decima die mensis Adar ».

« Et siluit terra Juda dies paucos ».

#### CAPUT VIII.

« Et audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, et acquiescent ad omnia quæ postulantur ab eis : et quicumque accesserunt ad eos, stauerunt cum eis amicitias, et quia sunt potentes viribus ».

« Et audierunt prælia eorum, et virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos et duxerunt sub tributum » :

« Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, et quod in potestatem redegerunt metalla argenti quæ illic sunt, et possederunt omnem locum consilio suo, et patientia ».

« Locaque quæ longe orant valde ab eis, et reges qui supervenerunt eis ab extremis terræ contriverunt, et percusserunt eos plaga magna : cæteri autem dant eis tributum omnibus annis ».

« Et Philippum et Persen Cethæorum regem, et ceteros qui adversum eos arma tulerant, contriverunt in bello, et obtinuerunt eos ».

« Et Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantos, et equitatum, et currus, et exercituum magnum valde, contritum ab eis ».

« Et quia ceperant eum vivum, et stauerunt ei ut daret ipse, et qui regnarent post ipsum, tributum magnum, et daret obsides, et constitutum ».

« Et regionem Inderum, et Medos, et Lydos, de optimis regionibus eorum, et acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi » :

« Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, et tollere eos : et innotuit sermo his ».

« Et miserunt ad eos ducem unum : et pugnaverunt contra illos, et ceciderunt ex eis multi, et captivas duxerunt uxores eorum et filios, et diripuerunt eos, et terram eorum possederunt, et destruxerunt muros eorum, et in servitutem illos redegerunt usque in hunc diem » :

« Et residua regna, et insulas, quæ aliquando restiterant illis, exterminaverunt, et in potestatem redegerunt ».

« Cum amicus autem suis, et qui in ipsis requiem habebant, conservaverunt [Al. et conservarunt] amicitiam, et obtinuerunt regna, quæ erant proxima et quæ erant longe : quia quicumque audiebant nomen eorum, timebant eos » :

« Quibus vero vellent auxilio esse ut regnarent, regnabant : quos autem vellent, regno deturbabant : et exaltati sunt ».

« Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura ut magnificaretur in ea ».

« Et quia curiam fecerunt sibi, et quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, ut quæ digna sunt gerant ».

« Et committunt uni homini magistratum suum per singulos annos, dominari universæ terræ suæ, et omnes obediunt uni, et non est invidia, neque zelus inter eos ».

« Et elegit Judas Eupolemam, filium Joannis, filii Jacob, et Jasonem, filium Eleazari, et misit eos Romam constituere cum illis amicitiam et societatem ».

« Et ut auferrent ab eis jugum Grecorum, quia viderunt quod in servitutem premerent regnum Israel ».

« Et abierunt Romam viam multam valde, et introierant curiam, et dixerunt » :

« Judas Macchabeus, et fratres ejus, et populus Judæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem et pacem, et conscribere nos socios et amicos vestros ».

« Et placuit sermo in conspectu eorum ».

« Et hoc rescriptum est, quod rescripserunt in tabulis æreis, et miserunt in Jerusalem, ut esset apud eos ibi memoriale pacis et societatis ».

« BENE SIR ROMANIS, et genti Judæorum in mari, et in terra in æternum : gladiusque et hostis procul sit ab eis ».

« Quod si insititerit bellum Romanis prius, aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum » :

« Auxilium feret gens Judæorum, prout tempus dictaverit, corde pleno » :

« Et præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naves, sicut placuit Romanis : et custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes ».

« Similiter autem et si genti Judæorum prius acciderit bellum, adjuvabunt Romani ex animo, prout eis tempus permisit » :

« Et adjuvantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naves, sicut placuit Romanis : et custodient mandata eorum absque dolo ».

« Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Judæorum ».

« Quod si post hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo : et quæcumque addiderint vel demiserint, rata erunt ».

« Sed et de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes : Quare gravasti jugum tuum super amicos nostros et socios Judæos ? »

« Si ergo iterum adierint nos adversum te, faciemus illis iudicium, et pugnabimus tecum mari terraque ».

#### CAPUT IX.

« Interea ut audivit Demetrius quia cecidit Nicanor et exercitus ejus in prælio, apposuit Bacchidem et Alcimum rursus mittere in Judæam, et dextrum cornu cum illis ».

« Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, et castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbelis : et occupaverunt eum, et peremerunt animas hominum multas ».

« In mense primo anni centesimi et quinquagesimi secundi, applicuerunt exercitum ad Jerusalem » :

« Et surrexerunt, et abierunt in Boream viginti millia virorum, et duo millia equitum ».

« Et Judas posuerat castra in Laiza, et tria millia viri electi cum eo » :

« Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, et timerunt valde : et multi subtraxerunt se de castris, et non remanserunt ex eis nisi octingenti viri ».

« Et vidit Judas quod defluxit exercitus suus, et bellum perurgebat eum, et contractus est corde : quia non habebat tempus congregandi eos, et dissolutus est ».

« Et dixit his qui residui erant : Surgamus, et eamus ad adversarios nostros, si poterimus pugnare adversus eos ».

« Et avertēbant eum, dicentes : Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, et revertamur ad patres nostros, et tunc pugnabimus adversus eos : nos autem pauci sumus ».

« Et ait Judas : Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis : et si appropriavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, et non ineficemus crimen gloria nostræ ».

« Et movit exercitus de castris, et steterunt illis obviam : et divisi sunt equites in duas partes, et fundibularii, et sagittarii præbant exercitum, et primi certaminis omnes potentes ».

« Bacchides autem erat in dextro cornu, et proximavit legio ex duabus partibus, et clamabant tubis » :

« Exclamaverunt autem et hi, qui erant ex parte Judæ, etiam ipsi, et commota est terra a voce exercituum : et commissum est prælium a mane usque ad vesperam ».

« Et vidit Judas, quod firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, et convenerunt cum ipso omnes constantes corde » :

« Et contrita est dextera pars ab eis, et persecutus est eos usque ad montem Azoti ».

« Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contritum est dextrum cornu, et secuti sunt post Judam, et eos qui cum ipso erant, a tergo » :

« Et ingravitum est prælium, et ceciderunt [Al. occiderunt] vulnerati multi ex his, et ex illis ».

« Et Judas cecidit, et ceteri fugerunt ».

« Et Jonathas, et Simon tulerunt Judam fratrem suum, et sepelierunt eum in sepulcro patrum suorum in civitate Modin ».



« Et flevit eum omnis populus Israel planctu magno, et lugebant dies multos ».

« Et dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui salivum faciebat populum Israel? »

« Et cetera verba bellorum Judæ, et virtutum quas fecit, et magnitudinis ejus, non sunt descripta; multa enim erant valde ».

« Et factum est, post obitum Judæ emergerunt iniqui in omnibus finibus Israel, et exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem ».

« In diebus illis facta est fames magna valde, et tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis ».

« Et elegit Bacchides viros impios, et constituit eos dominos regionis »:

« Et exquirebant, et perscrutabantur amicos Judæ, et adducebant eos ad Bacchidem, et vindicabat in illos et illudebat ».

« Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est visus propheta in Israel ».

« Et congregati sunt omnes amici Judæ, et dixerunt Jonathæ »:

« Ex quo fratres tuus Judas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos nostros, Bacchidem, et eos qui inimici sunt gentis nostræ ».

« Nunc itaque te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem, et ducem ad bellandum bellum nostrum ».

« Et suscepit Jonathas tempore illo principatum, et surrexit loco Judæ fratris sui ».

« Et cognovit Bacchides, et querebat cum occidere ».

« Et cognovit Jonathas, et Simon frater ejus, et omnes qui cum eo erant: et fugerunt in desertum Thecua, et consererunt ad aquam lacus Asphar ».

« Et cognovit Bacchides, et dies sabbatorum venit ipse et omnis exercitus ejus trans Jordanem ».

« Et Jonathas misit fratrem suum ducem populi, et rogavit Nabuthæos amicos suos, ut commodarent illis apparatus suum, qui erat copiosus ».

« Et exierunt filii Jambri ex Madaba, et comprehenderunt Joannem, et omnia, quæ habebat, et abierunt habentes ea ».

« Post hæc verba, renuntiatum est Jonathæ, et Simoni fratri ejus, quia filii Jambri faciunt nuptias magnas, et ducunt sponsam ex Madaba filiam unius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna ».

« Et recordati sunt sanguinis Joannis fratris sui: et ascenderunt, et absconderunt se sub legumento montis ».

« Et elevarunt oculos suos, et viderunt: et ecce tumultus, et apparatus multus: et sponsus processit, et amici ejus, et fratres ejus obviam illis [Al. illi] cum tympanis, et musicis, et armis militis ».

« Et surrexerunt ad eos ex insidiis, et occiderunt eos, et ceciderunt vulnerati multi, et residui fugerunt in montes: et acceperunt omnia spolia eorum »:

« Et converse sunt nuptiæ in luctum, et vox musicorum ipsorum in lamentum ».

« Et vindicaverunt vindictam sanguinis fratris sui: et reversi sunt ad ripam Jordanis ».

« Et audivit Bacchides, et venit die sabbatorum usque ad oram Jordanis in virtute magna ».

« Et dixit ad suos Jonathas: Surgamus, et pugnemus contra inimicos nostros: non est enim hodie sicut heri, et nudistertius ».

« Ecce enim bellum ex adverso: aqua vero Jordanis hinc et inde, et ripæ, et paludes, et saltus: et non est locus divertendi ».

« Nunc ergo clamate in cælum, ut liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commissum est bellum ».

« Et extendit Jonathas manum suam percutere Bacchidem, et divertit ab eo retro »:

« Et dissiliit Jonathas, et qui cum eo erant in Jordanem, et transnaverunt ad eos Jordanem ».

« Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri. Et reversi sunt in Jerusalem ».

« Et edificaverunt civitates munitas in Judæa, munitiorem, quæ erat in Jericho, et in Ammaum, et in Bethoron, et in Bethel, et Thamnata, et Phara, et Thopo muris excelsis, et portis, et seris ».

« Et posuit custodiam in eis, ut inimicitias exercebant in Israel ».

« Et munivit civitatem Bethsuram, et Gazaram, et arcem, et posuit in eis auxilia, et apparatus escarum ».

« Et accepit filios principum regionis obsides, et posuit eos in arce in Jerusalem in custodiam ».

« Et anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus destri muros domus sanctæ interioris, et destri opera prophetarum: et cepit destruere ».

« In tempore illo percussus est Alcimus, et impudatus sunt opera illius, et oclusus est os ejus,

et dissolutus est paralyti, nec ultra potuit loqui verbum, et mandare de domo sua ».

« Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno ».

« Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus: et reversus est ad regem, et siluit terra annis duobus ».

« Et cogitaverunt omnes iniqui dicentes: Ecce Jonathas, et qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter: nunc ergo adducamus Bacchidem, et comprehendet eos omnes una nocte ».

« Et abierunt, et consilium ei dederunt ».

« Et surrexit, et veniret cum exercitu multo: et misit occulte epistolas sociis suis, qui erant in Judæa, ut comprehenderent Jonatham, et eos qui cum eo erant: sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum ».

« Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant militia, quinquaginta viros, et occidit eos ».

« Et recessit Jonathas, et Simon, et qui cum eo erant in Bethessen, quæ est in deserto: et extruxit diruta ejus, et firmaverunt eam ».

« Et cognovit Bacchides, et congregavit universam multitudinem suam: et his, qui de Judæa erant, denunciavit ».

« Et venit, et castra posuit desuper Bethessen: et oppugnavit eam dies multos, et fecit machinas ».

« Et reliquit Jonathas Simonem fratrem suum in civitate, et exiit in regionem, et venit cum numero ».

« Et percussit Odarem, et fratres ejus, et filios Phaseron in tabernaculis ipsorum: et cepit cedere, et crescere in virtutibus ».

« Simon vero, et qui cum ipso erant, exierunt de civitate, et succederunt machinas »:

« Et pugnaverunt contra Bacchidem, et contritus est ab eis: et affixerunt eum valde, quoniam consilium ejus, et congressus ejus erat inanitas ».

« Et iratus contra viros iniquos, qui ei consilium dederant, ut veniret in regionem ipsorum, multos eis occidit: ipse autem cogitavit cum reliquis abire in regionem suam ».

« Et cognovit Jonathas: et misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, et reddere ei captivitatem ».

« Et libenter accepit, et fecit secundum verba ejus, et juravit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ ejus ».

« Et reddidit ei captivitatem, quam prius erat prædatus de terra Juda: et conversus abiit in

terram suam, et non apposuit amplius venire in fines ejus ».

« Et cessavit gladius ex Israel: et habitavit Jonathas in Machmas, et cepit Jonathas ibi judicare populum, et exterminavit impios ex Israel ».

## CAPUT X.

« Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est Nobilis, et occupavit Ptolemaidam: et receperunt eum, et regnavit illic ».

« Et audivit Demetrius rex, et congregavit exercitum copiosum valde, et exivit obviam illi in prælium ».

« Et misit Demetrius epistolam ad Jonatham verbis pacificis, ut magnificaret eum ».

« Dixit enim: Antiochepus facere pacem cum eo, primum faciat cum Alexandro adversum nos »:

« Recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in eum, et in fratrem ejus, et in gentem ejus ».

« Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, et fabricare arma, et esse ipsum socium ejus: et obsides, qui erant in arce, jussit tradi ei ».

« Et venit Jonathas in Jerusalem: et legit epistolas in auditu omnis populi, et eorum qui in arce erant ».

« Et timuerunt timore magno, quoniam audiverunt quod dedit ei rex potestatem congregandi exercitum ».

« Et traditi sunt Jonathæ obsides, et reddidit eos parentibus suis »:

« Et habitavit Jonathas in Jerusalem, et cepit edificare, et innovare civitatem ».

« Et dixit facientibus opera, ut extruerent muros, et montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitiorem: et ita fecerunt ».

« Et fugerunt alienigenæ, qui erant in munitiombus quas Bacchides edificaverat ».

« Et reliquit unusquisque locum suum, et abiit in terram suam ».

« Tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem et præcepta Dei: erat enim hæc eis ad refugium ».

« Et audivit Alexander rex promissa quæ promissit Demetrius Jonathæ: et narraverunt ei prælia, et virtutes, quas ipse fecit, et fratres ejus, et labores quos laboraverunt ».

« Et ait: Nunquid inveniemus aliquem virum